

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque sanctorum

Brant, Sebastian

[Basel], [nicht vor 1494]

De locis mirificis beate vir

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290354)



De locis mirificis beate vir-
ginis. **.S. Brant.**

SI tua virgo miser preconiā promere nitār:
Stultus ego: infanus simul Horeste magis.
Nā quis ego: aut qualis sophiē me umbella perrat
Qua facere id temptem: tanta vel aggrediar!

Cnm̄ tibi mortalís ne dum: sed & ipse píorum
Spirítuum / laudes: turba referre nequit.
Maíor es o dulcís nempe omni laude vírigo
Nostra tibi laus est: non potuisse magis.
At quía / sancta parens: nullius spreueris vnquã
Que tibi / corde data verba fuere pio:
A te nullus enim discessit vírigo precator:
Qui queritur q̄ se destituisse voles.
Immo age / quisquis' eris: cesses laudare Mariã
Sì tibi non clemens: si tibi dura fuit.
Ipse ego peccator: scelerum quoq; mole grauatus.
Te quotiens sensi mater adesse mihi.
O quotiens tua per præsentia numina vírigo
Solatus: misero spesq; salutis erat.
Ingenue id fateor: herebí iam nuper ad umbras
Mergerer: ah luerem: ní tua dextra: scelus.
Nec foret vlla salus mundo: quin funditus illum
Prauatum: seui perderet ira dei:
Sì tua sancta manus: tua si non protegat orbem
Insignis pietas: atq; patrocínium.
Quis nam igitur mater bona / te nõ iure veretur?
Quis tibi non merito munia laudis aget?
Et quía mira facis: míro celebraris honore:
Et tibi per mundi clymata solus honos.

Vtq; alia obticeam varium que sparsa per orbem.
Sunt loca sancta tibi: templa: facella: domus:
Qualis in eade niuis? quam te lacialibus aruis
Lorquetum probat: & mira decora refert?
Tuq; in naue sedens Bolonia templa Picardis
Protegis: Aurelius te Cleriacon habet.
Te colit in Dolis Burgundia: te veneratur
Pons Ayze in francis: Ambianiq; locus.
Te celebrat Montfort Normani gloria regni:
Te vel Aquisgranu regia mater habet.
Illuc panniculi: & vestis tua sancta videtur:
Turba igitur colit hunc religiosa locum.
Constat & in varia tua sancta oracula quercu
Culta: Dodonqi que Iouis instar habent.
Alpibus in nostris Heremi loca sancta: frequentat
Sepe peregrini: magnaq; turba viru.
Angelicus labor est: qui consecrasse facellum
Dicitur: id sumi pontificesq; probant.
Querit ab extremis Europe finibus illud
Et voto / & precibus aduena quisq; suis.
Addo alias: aliasq; vrbes: atq; oppida mudi
Que tua proclamant virgo beneficia.
Nam sub rupe colit Iurassi montis opaca:
In lapide: ante suas te Basilea / fores.
Te sibi qua iuncta est Alemannis gallia. Sewen
Percolit: & matrem sentit adesse piam.
Nanq; illic clemens exaudis virgo precantes.
Et facis vt petat hunc sedula turba locum.

Cōfluit huc Rhenus Metis: & Lothoringica tellus
Huc coit & quiqui rura propinqua colunt.
Aduena longinqua veniens regione viator
Hic finem voti percipit: inde: redit.
Ergo tibi grates agimus pia virgo benignas
Quod miseris confers diua salutis opem
Tu facis omnigenā gentem: populūq; per orbem.
Quod prece concelebrent numina sola tua.
Per te sola salus: per te spes sola misellis:
Et sine te par est vitāq; morsq; reis.
Quod te per sobolemq; tuam: sobolisq; parentē
Comprecor: ah pigeat ne meminisse mei.
Brant tuus hoc offert donū tibi virgo minister:
Qui te dum superest carmine vita canit.

De numero et ordine festiui
tatum gloriose virginis. .S. Brant.

More maritarū purgas te innoxia matrē.
Et capis a fumo nuncia leta deo.
Visere anū pperas. de hinc scandis ad ethera: toto
Corpore: quē dudū nasceris ipsa solo.
Te genitrix templi gressu presentat anili.
Concepit tantā quē sine labe deam
Hinc tu diua parens: magnū (mirabile dictu)
Enixa ex sacro es flamine / virgo deum.
Et qui te genitor celumq; / solumq; creauit
Hunc paris: intacto corpore virgo manens.
Quem precibus mitem fac o pia: crimine ab omni
Nosq; laues miseros: sordidulos q; reos.

C